



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

II. De visione ostensa Presbytero Lippoldo, de transitu S. Ottonis Episcopi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

Cum enim præcipuorum fundatorum nostrorum, vide-
licet HENRICI Imperatoris, ac sanctissimæ KVNEGVDNIS
Virginis, eiusdem regni & meriti consortis, miracula clarissimis Ecclesiæ Dei scriptis pomposè satis declarata videamus,
veremur, ne ipsorum conscriptoribus pro geminato censu
intromissis, nos quasi desides pro non reportato lucro à gau-
diis Domini excludamur, si eius, quem familiæ suæ diuina
prædestinatione tam fidelem, quām prudentem constituit
dispenſatorem meritorum signa sub silentio transcamus.

*De visione ostensa Presbytero Lippoldo de
transitu S. Ottonis.*

CAPVT SECUNDVM.



*Visio Lippoldi
Presbyteri.*

Vidam ex fratribus nostris religiosus Presbyter
Lippoldus nomine, ante quinquennium, dormi-
tionem beatissimi huius Patris in visione tali,
Domino reuelante, meruit contemplari. Mon-
tem quendam præcelsum, & omni amoenitate iocundum
contra Orientem oculos dirigens aspergit: cuius quidem spe-
ciosum cacumen ascendere non potuit, sed deorsum stans, vi-
dit multitudinem copiosam plebis utriusque sexus & etatis,
ingentia lapidum preciosorum onera super verticem montis
magna cum exultatione attrahere, ac suauissimum quoddam
melos, quod intelligere non potuit, dulci modulatione con-
cinere.

Tunc accedens, vacillante licet gressu, quendam ex
eis canicie veneranda conspicuum vocavit; & quæ hæc esset
multitudo, vel cur lapides illos in cacumen montis attrahe-
rent, inquisivit. At ille; nos, inquit, sumus, qui eleemosynas
& beneficia plurima à pio Ottone percepimus, ideoque do-
mum preciosam ei in supercilio montis huius ædificamus.
Cui Lippoldus: & quando ait, domus hac consumabitur? Ille
vero, post quinquenium, inquit, perficità domo, cum latitia & exulta-

cione



tione eum hoc introducimus. Sed tu caue, ne euiquam hæc ante quinque-
nij tempus expletum manifestare præsumas.

Et his dictis, sublata est visio, quam tempore dormitio-
nis beatissimi Patris nostri, ex ore eiusdem senioris Lippoldi
audiuimus, qui & ipse tunc graui & longiturna decumbebat
agritudine, nobisque cum lacrymis hæc referebat: & morbo ^{Obiens Lippel-}
confectus VII. Idus Augusti beato fine requieuit in Do-
mino.

De visitatione fratrum in monte S. Michaë- lis per S. Ottone facta.

CAPVT TERTIVM.

Sed ut ad priora redeam, pius Pater noster Otto post longam reuersus peregrinationem, more suo nos visitans, utpote cum quibus cor vnum & animam habebat, requisuit; qui nam ex nobis, eo absente, viam vniuersæ carnis ingressi essent? Hoc enim semper de qualibet profectione rediens affectu paterno solebat inquirere. Tunc autem sanctæ recordationis Adalbertus e- ^{Adalbertus &}
leemosynarius, verus Dei seruus, & sibi familiarissimus, ad ^{leemosynarius.} Christum, cui mente & corpore indefessam exhibuit seruitu-
tem, migrauerat: cuius transitu vir beatus audit, totus in lacrymas resolutus, se infelicem clamitabat, quod tam beatæ ^{S. Otho mortuus}
animæ ad patriam claritatis æternæ migrantis, solenne funeris ^{Adalberti la-}
obsequium exhibere non meruisset: erat namque idem fra- ^{crymis profa-}
ter noster Adalbertus, tanto diuini amoris igne succensus, vt ^{quatur.}
quotidianis atque vberimis lacrymarum fontibus gaudia celestis Patriæ anhelaret, corpus etiam vigiliis ac ieuniis cō-
uenienter attenuaret.

Huic seruo Dei pauperum cura erat delegata, quam tan-
ta humilitatis deuotione agebat, vt ad exemplum Martyrij ^{Charitas Adel-}
monachi, de quo beatus Gregorius refert, propriis humeris ^{berti in egenos,}
leprosos baiularet, & tam eos, quam & alios diuersis morbo- ^{et leprosos.} ^{S. Greg. Homil.}